UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Archipresbyter

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

cuit. d.citra, nec licet reliquiarum loco hoſtiæ conſecratæ particula vti, vt voluit *Dur. l. 1. c. 7. vide Sua. l. c. col. 5. Steph. Dur. li. 1. c. 25. num. 5. de rit. eccl.*

De Sacris Reliquijs integrum, Deo bene iuuante, volumen propediem edemus.

Sine altari ab Epiſcopo conſecrato celebrare. p. m. eſt. non diſpenſat in hoc Epiſcopus: & Papa, qui poteſt, non diſpenſauit, quod notum ſit. *16. Vict. nu. 98.* ſi abſit ſcandalum, & contemptus, id per negligentiam omittere. m. p. non putat.

Apoſtata, vide Excommunicatio, Religio.

Appellatio, vide Iudiciales actus.

Aqua benedicta, vide Benedictio.

Archiepiſcopus, vide Epiſcopus.

ARchiepiſcopus, dum viſitat prouinciam, poteſt ſubditorum Suffraganeis Confeſſiones per ſe, vel per alium audire, non autem illos ſine ſuorum Epiſcoporum licentia confirmare.

**Cap. fin. de conſ. l. 6.*

Non autem. } *Syl. Confirmatio nu. 4. Tol. l. 2. c. 24. nu. 6. ex c. Interdicimus 16. q. 1.*

Archipresbyter.

ARchipresbyter Eccleſiæ Cathedralis poteſt audire omnes totius Epiſcopa-

tus Confeſſiones, & ſibi in eo Vicarium conſtituere, non tamen abſoluere ſine licentia à caſibus reſeruatis.

* Addit. Arrha. ℥Si emptor, inuito venditore, à contractu diſcedat, poſt datam arrham, illam amittit: ſi venditor diſcedat, arrham reddere, & tantundem de ſuis bonis ſoluere tenetur. *Mol. D. 338.*

Syl. Archipresbyter num. 2. Tol. l. c.

Auaritia, vide Eleemoſyna.

BANNITVS, SIVE Præſcriptus.

1 BAnnitus qui impunè poteſt à quouis occidi, Iudice id per ſententiam in illum latam concedente, non poteſt occidi in alieno territorio, niſi de licentia ſaltem præſumpta domini territorij. Interim verò dum agitur contra ſententiam per viam Nullitatis, ſeu Appellationis, non poteſt vſquam occidi.

* De facultate facta interficiendi bannitos poſt ſententiam. *Sot. l. 5. q. 1. ar. 3. col. penultim.* vbi de Venetis concedētibus exuli, vt, ſi alium exulem obtruncet, vita, & libertate donetur. *Bannes, Salon. 2. 2. q. 64. ar. 3. P. N. l. 2. c. 3. n. 218.* vbi de viro vxorem adulteram perimente. *Syl. Homicidium. 1. q. 2.*

Syl. l. c. 5. Tol. l. 5. c. 6. nu. 18. Con. epit. p. 2. c. §. 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN